II. NEDJELJA KORIZME

Crkva je mudra učiteljica: odmah iza naviještaja korizmene borbe pokazuje nam danas njezin cilj, a taj se sastoji u našem vječnom preobraženju i uživanju. Kamo Glava (Ev.), tamo i udovi! A Boga će gledati samo čista srca (Posl.). Tako korizmeni post daje krepost i nagradu (hval.). Koliko nas to sve privlači toliko osjećamo svoju slabost koju izrazujemo svim pjesmama i molitvama današnje Mise. I Bog nas zaista krijepi svojim otajstvima (poprič.) da možemo sveto živjeti kako je Božja volja (Posl.). Samo svetost koristi za zemlju i za nebo.

INTROITUS Reminiscere miseratiónum tuárum, Dómine, et misericórdiae tuae, quae a saéculo sunt: ne umquam dominéntur nobis inimíci nostri: líbera nos, Deus Israël, ex ómnibus angústiis nostris. Ps. Ad te, Dómine, levávi ánimam meam: Deus meus, in te confído, non erubéscam. Glória Patri. Reminiscere.	ULAZNA Spomeni se, Gospodine, svojih smilovanja i svoga milosrđa koje je odvijeka, da nikad ne zavladaju nad nama naši neprijatelji. Bože Izraelov, izbavi svoj narod od svih njegovih nevolja. – Ps 24. K tebi, Gospodine, uzdižem svoju dušu, u tebe se uzdam. Ne daj da se postidim. Slava Ocu… Spomeni se…
ORATIO Deus, qui cónspicis omni nos virtúte destítui: intérius exteriúsque custódi ; ut ab ómnibus adversitátibus muniámur in córpore, et a pravis cogitatiónibus mundémur in mente. Per Dóminum.	MOLITVA Bože, koji vidiš da nas izdaju sve sile, štiti nas iznutra i izvana, da se očuvamo od svake tjelesne nezgode i od zlih misli očistimo. Po Gospodinu…
EPISTOLA Fratres: Rogámus vos, et obsecrámus in Dómino Jesu: ut, quemádmodum accepístis a	POSLANICA Čitanje Poslanice bl. Pavla apostola Solunjanima (I 4, 1–7) – Braćo, molimo vas i

nobis, quómodo opórteat vos ambuláre et placére Deo, sic et ambulétis, ut abundétis magis. Scitis enim quae praecépta déderim vobis per Dóminum Jesum. Haec est enim volúntas Dei, sanctificátio vestra: ut abstineátis vos a fornicatióne, ut sciat unusquísque vestrum vas suum possidére in sanctificatióne, et honóre ; non in passióne desidérii, sicut et gentes, quae ignórant Deum: et ne quis supergrediátur, neque circumvéniat in negótio fratrem suum: quóniam vindex est Dóminus de his ómnibus, sicut praedíximus vobis, et testificáti sumus. Non enim vocávit nos Deus in immundítiam, sed in sanctificatiónem: in Christo Jesu Dómino nostro.	zaklinjemo u Gospodinu Isusu, da živite kao što ste naučili od nas kako treba živjeti i ugađati Bogu, da biste bolje napredovali. Vi dobro znate koje sam vam zapovijedi dao u Gospodinu Isusu. – Božja je volja vaše posvećenje: naime, da se čuvate nečistoće, da se svatko od vas zna služiti svojim tijelom u svetosti i časti, a ne da se prepušta pužudama kao što čine pogani koji ne poznaju Boga. Da nitko u tome ne vrijeđa i ne vara svojega brata, jer je osvetnik za sve ovo Gospodin, kao što smo vam već naglasili i posvjedočili. Bog nas nije pozvao na nečistoću, nego na svetost u našem Gospodinu Isusu Kristu.
GRADUALE Tribulatiónes cordis mei dilatátae sunt: de necessitátibus meis éripe me, Dómine. Vide humilitátem meam, et labórem meum: et dimítte ómnia peccáta mea.	GRADUAL Umnožile su se nevolje mog srca. Iz mojih me tjeskoba izbavi, Gospodine. Pogledaj moju bijedu i moju muku i oprosti sve moje prestupke.
TRACTUS Confitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in saéculum misericórdia ejus. Quis loquétur poténtias Dómini: audítas fáciet omnes laudes	ZAVLAKA Hvalite Gospodina jer je dobar, jer je vječno milosrđe njegovo. Tko može iskazati moć Gospodnju, razglasiti svu hvalu

ejus ? Beáti qui custódiunt judícium, et fáciunt justítiam in omni témpore. Meménto nostri, Dómine, in beneplácito pópuli tui: vísita nos in salutári tuo.	njegovu? Blago onima koji žive pravo, koji u svako vrijeme čine što je pravedno. Sjeti se nas, Gospodine, u blagostanju naroda tvojega, pohodi nas spasenjem svojim.
EVANGELIUM Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthaéum. In illo témpore: Assúmpsit Jesus Petrum, et Jacóbum, et Joánnem fratrem ejus, et duxit illos in montem excélsum seórsum: et transfigurátus est ante eos. Et resplénduit fácies ejus sicut sol: vestiménta autem ejus facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuérunt illis Móyses et Elías cum eo loquéntes. Respóndens autem Petrus, dixit ad Jesum: Dómine, bonum est nos hic esse: si vis, faciámus hic tria tabernácula, tibi unum, et Móysi unum, et Elíae unum. Adhuc eo loquénte, ecce nubes lúcida obumbrávit eos. Et ecce vox de nube, dicens: Hic est Fílius meus diléctus, in quo mihi bene complácui: ipsum audíte. Et audiéntes discípuli, cecidérunt in fáciem suam, et timuérunt valde. Et accéssit Jesus, et tétigit eos, dixítque eis: Súrgite, et nolíte timére. Levántes autem óculos suos,	EVANĐELJE Slijedi sveto Evanđelje po Mateju (17, 1–9) – U ono vrijeme uze Isus sa sobom Petra, Jakova i njegova brata Ivana, i povede ih nasamo na visoku goru te se preobrazi pred njima. Njegovo lice zasja kao sunce, a haljine mu pobijeliše kao snijeg. I gle, ukažu im se Mojsije i Ilija razgovarajući s njim. Tada Petar reče Isusu: »Gospodine, dobro nam je ovdje. Ako hoćeš, ovdje ćemo podići tri sjenice: jednu tebi, jednu Mojsiju, jednu Iliji.« Dok je on još govorio, prekrije ih svijetao oblak. I gle, iz oblaka se čuo glas: »Ovo je moj ljubljeni Sin koji mi je po volji, njega slušajte!« – Kad su to učenici čuli, padnu ničice silno prestrašeni. Isus im pristupi, dotače ih se i reče: »Ustanite i ne bojte se!« Oni podignu oči i ne vidješe nikoga, osim

néminem vidérunt, nisi solum Jesum. Et descendéntibus illis de monte, praecépit eis Jesus, dicens: Némini dixéritis visiónem, donec Fílius hóminis a mórtuis resúrgat.	Isusa. I dok su silazili s gore, Isus im naloži: »Ne govorite nikome o viđenju, dok Sin Čovječji ne uskrsne od mrtvih.«
OFFERTORIUM Meditábor in mandátis tuis, quae diléxi valde: et levábo manus meas ad mandáta tua, quae diléxi.	PRIKAZNA Razmišljat ću o tvojim zapovijedima koje veoma ljubim. I svoje ću ruke uzdići k tvojim zapovijedima koje volim.
SECRETA Sacrificiis praeséntibus, Dómine, quaésumus, inténde placátus: ut et devotióni nostrae profíciant, et salúti. Per Dóminum.	PRIKAZNA MOLITVA Pogledaj milostivo, molimo, Gospodine, na ovu žrtvu, da bude na korist i našoj vjernosti i našem spasenju. Po Gospodinu...
PRAEFATIO de Quadragesima. Vere dignum et iustum est, aequum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine, sancte Pater, omnípotens aetérne Deus: Qui corporali ieiunio vitia cómprimis, mentem elevas, virtutem largíris et praemia : per Christum Dóminum nostrum. Per quem maiestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Caeli caelorúmque Virtutes, ac beata Seraphim, sócia exsultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces	PREDSLOVLJE korizmeno. Uistinu je dostojno i pravedno, pravo i spasonosno, da vazda i svagdje zahvaljujemo tebi Gospodine, sveti Oče, svemogući vječni Bože: – ti tjelesnim postom suzbijaš opačine, uzdižeš dušu, daješ krepost i nagrade po Kristu Gospodinu našemu. – Po njemu tvoje veličanstvo hvale anđeli, klanjaju se gospodstva i dršću vlasti. Nebesa i nebeske sile i blaženi serafini zajedničkim klicanjem slave. Daj, molimo, s

ut admitti iubeas, deprecámur, súpplici confessione dicentes:	njima i naše glase primi dok govorimo poniznim hvalospjevom:
COMMUNIO Intéllige clamórem meum: inténde voci oratiónis meae, Rex meus, et Deus meus: quóniam ad te orábo, Dómine.	PRIČESNA Čuj moj vapaj, pripazi na glas moje molitve, Kralju moj i Bože moj, jer se tebi molim, Gospodine.
POSTCOMMUNIO Supplices te rogámus, omnípotens Deus: ut, quos tuis réficis sacraméntis, tibi étiam plácitis móribus dignánter deservíre concédas. Per Dóminum.	POPRIČESNA Smjerno te molimo, svemogući Bože, podaj da ti svetim životom služe oni koje krijepiš svojim otajstvima. Po Gospodinu...



Više informacija: http://sites.google.com/site/tradicionalnamisa/